Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6563
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



67

dum q̃ cum quatuor sint causę sc̃ materialis
formalis efficiens et finalis ¶ qualibz harum
p̃t fieri diffinitio Verbi grã dicendo ¶ domus
est compositum ex lapidibus et cemento et lignis
¶ se diffinitio p̃ causam materialem ¶ Si vero dicat
domus est compositum quadratum longum
et altum aut diffinitio formalis ¶ Si vero di-
cam q̃ domus est compositum factum
ab artifice cum marcellis tegulis et plusq
aut p̃ causam efficientem ¶ Si vero dicatur q̃
est compositum prohibens nos a pluviis
frigore et calore ¶ et est diffinitio p̃ causam
~~formalem~~ finalem ¶ Cum ergo subiectum
p̃ tot causas possit diffiniri ¶ medium quod est
eius diffinitio vt dictum est se habet ad alia
in habitudine tot causarum ¶ effectu vero
passionis habet se medium in habitudine du-
arum causarum sc̃ materialis et efficientis ¶ subiec-
tum enim vt dictum est comparatur ad ipsam
passionem vt subiectum et vt efficiens passionis
¶ Secundum est autem q̃ q̃ causę ordinem habet
ad invicem sic vna sumitur ratione alterius ¶ ex
forma enim sumitur ratio materie ¶ Talem
enim oportet esse materiam quale forma ex-
quirit ¶ Efficiens autem est ratio formę ¶ Nam
enim agens agit sibi simile oportet q̃ si in
medium agentis sit medium formę quę ex
actione sequitur ¶ ex fine non sequitur ratio ef-
ficientis ¶ Nam omne agens agit propter finem
oportet ergo q̃ diffinitio quę sumitur a fine
sit ratio et causa platina ambarum diffinitio-
num quę sumuntur ex aliis causis et quę sumun-
tur ab agente aliarum duarum ¶ et quę sumun-
tur a forma eius ¶ et quę sumun-
tur a materia ¶ Ideo diffinitio quę sumitur a materia p̃t de-
monstrari p̃ finalem et sic de aliis ¶ et p̃ hoc